

mitte eorum expensas necessarias iuxta facultates bonorum suorum de ipsorum bonorum proventibus ministratis; facto vero debito servicio, quod pro terris eorum curie debetur. reliquam quantitatem proventuum bonorum pupillorum ipsorum fideles conservetis.

[19.] volumus et vobis precipimus, ut de procuracione huiusmodi baliatuum omnium predictorum pupillorum bis, in anno festo videlicet resurrectionis domini et in fine anni cuiuslibet, coram predictis magistris rationibus computum curie ponere debeatis, sicut est per regiam curiam ordinatum.

[20.] addicimus insuper et mandamus, ut domos et possessiones alias, iardens, vineas, arborib^{us} et cetera bona stabilia curie procuracionis vestre reparacione, qua indigent, reparari ac debito cultu fulciri de pecunia curie, que ~~est~~ erit per manus vestras, opportunis temporibus faciatis, ut semper in augmentum proveniant et non deteriorari contingant. que si tempore predicti vestri officii deteriorari contigerit et decem ac bene cultate non fuerint, expensas per vos faciendas in premissis in vestro rationario nullatenus computabuntur, preter penam vobis exinde iuxta nostrum arbitrium infligendam et satisfactionem dampni, quod curia nostra defectu vestro incurrerit, ad quam volumus vos teneri.

[21.] si vero aliquod mandatum regium sive nostrum ad vos super aliquibus negociis ac iuribus fiscalibus quibuscumque contigerit destinari, tam de inquirendis eisdem,

VH
I 46 82 10 22

VH I 46 82 10 22